dum, Confeſſarium Sereniſſimæ Reginæ Catholicæ, Inquiſitorem Generalem, & Conſiliarium Statûs, Dominum *Ramirum Phelipez Nunez de Guſman*, Ducem de *San Lucar la Mayor*, & de *Medina de las Torrez*, Conſiliarium Statûs, & Præſidem *Italiæ*, & Dominum *Gaſparem* de *Bracamonte* & *Guſman*, Comitem *Penarandæ*, Conſiliarium Statûs, & Præſidem *Indiarum*; quibus conceſſa eſt Facultas, & Commiſſio, cujus Tenor inferiùs ſequetur.

Sequitur Tenor Commiſſionis ſeu Plenæ Poteſtatis ex parte Sereniſſimi Regis Magnæ Britanniæ, *&c.*

CAROLUS Secundus, Dei Gratiâ, *Magnæ Britanniæ*, *Franciæ*, & *Hiberniæ* Rex, Fidei Defenſor, *&c.* Omnibus & Singulis haſce Literas inſpecturis, Salutem. Quandoquidem hujus Seculi Infælicitas in eo potiſſimùm ſita eſſe videatur, quod plerique Principes & Status ſuis Affectibus, vel Utilitatibus ità indulgeant, adhæreantq; ut omnia Amicitiæ & Vicinitatis Jura proculcari, imò ipſam Rerum Univerſitatem convelli malint, quàm tantillum à ſuis Opinionibus & propoſitis, utcunque levitèr aut iniquè ſuſceptis, diſcedere; eò magis pauci illi Reges, quorum Potentiæ nativum quendam Æqui ac Boni amorem conſociavit Deus, ſummâ ope, operâq; conniti debent, ut tam ſacroſanctæ Neceſſitudinis Fœdera inter ſe conſtituere & conſervare, tam perverſas renitentium Voluntates ad Saniora Concordiæ Studia revocare & inflectere valeant; animadverſo autem *Anglorum* atque *Hiſpanorum* Ingenia ita ſempèr comparata fuiſſe, ut ægrè à ſe invicem alienari, facilè in Gratiam redire conſueverint, & Regna

feſſor of the moſt Serene Queen, Inquiſitor General and Counſellor of State, Don *Ramiro Phelipez Nunez de Guſman*, Duke of *San Lucar Mayor*, and of *Medina de las Torres*, Counſellor of State, and Preſident of *Italy*, and Don *Gaſpar* of *Bracamonte* and *Guſman*, Count of *Penaranda*, Counſellor of State, and Preſident of the *Indies*, to enter into and conclude a Treaty with him, and granted them a Commiſſion and Full Powers, the Tenor whereof ſhall follow hereafter.

The Tenor of the Commiſſion or Full Powers on the Part of the moſt Serene King of Great Britain, *&c.*

CHARLES the Second, by the Grace of God, King of *Great Britain*, *France* and *Ireland*, Defender of the Faith, *&c.* To all to whom theſe Preſents ſhall come, Greeting. Whereas the Unhappineſs of this Age ſeems chiefly to conſiſt in this, that moſt Princes and States ſo indulge and adhere to their own Affections and Advantages, that they had rather have all the Ties of Friendſhip and Neighbourhood trode down, and even the Univerſe torn in Pieces, than recede ever ſo little from their own Opinions and Deſigns, however lightly or unjuſtly taken up; for that reaſon thoſe few Kings, to whoſe Power God has joyned a certain inborn Love of Equity and Juſtice, ought to uſe their utmoſt Endeavours, as well to make and preſerve Agreements of a holy Friendſhip between themſelves, as to recal and bend the ſtubborn Wills of thoſe who are averſe to it, to the more wholeſom Thoughts of Peace; And it having been obſerved that the *Engliſh* and *Spaniards* were al-